

INSECTORUM NONNULLORUM NOVORUM

(EX ORDINE DIPTERORUM) DESCRIPTIONES;

AUCTORE D. O. WESTWOOD, J. L. S., etc.

(Séance du 6 novembre 1835.)

Culex Alternans Westw. Pallidè fuscescens; abdomine al-
bido-annulato; alis hyalinis nervis, præsertim costalibus,
fulvescentibus; squamis fuscis ornatus, nisi regione
stigmaticali, ubi squamæ albæ videntur, aliis albo nigroque
alternatis; pedibus fulvescentibus, fusco-squamosis; fe-
moribus ante apicem, tibiis versus et pone medium,
geniculis tarsisque albo-annulatis.

Long. corp. (probosc. excl.). lin. 4. Exp. alar., lin. 8.

Habitat in Novâ Hollandiâ; in mus. nostro.

Caloptera Guérin (voy. Coq. Pl. 20), *Nepalensis* Westw.

Nigra; abdomine plumbeo cincto; alis nigricantibus, basi
flavis, fasciâque incompletâ centrali, transversâ albâ, or-
natis. ♂ ♀.

Long. corp. ♂, lin. 10. Exp. alar., lin. 16.

Habitat in Nepaliâ; in mus. nostro.

Gynoplisia Westw. ? Phil. Mag. *Punctipennis*. Capite et thorace cinereis; hujus dorso fusco, angulis humeralibus utrinque puncto nigricanti; abdomine ♀ obscure fusco, elongato, stylo rufescenti; alis limpidis; costâ tenui, maculisque nonnullis parvis (ad conjunctionem nervorum transversorum), alterâque stigmatali majori fuscis; pedibus longioribus subtectis, femoribus tibiisque ad apicem fuscis, tarsorum articulis 2-4 albidis; antennis ♀ fuscis, basi pallidioribus, 16? articulatis, articulis 5-8, internè acutè productis, vix ramosis.

Long. corp., lin. 7. Exp. alar., lin. 12.

Habitat in Novâ-Hollandiâ; in mus. nostro.

Megistocera Dimidiata Westw., Zool. Journ., n° 20. Fulvo-ochracea; thorace interdum obscurius bivittato; alæ in utroque sexu hyalinæ, costâ fusco-flavâ; cellulâ primâ submarginali, nervo obliquo substigmate divisâ. Descriptio maris ferè cum ♂ *M. Disparis* (Walk., Ent. mag., 2, 468) convenit. Differt palpis flavis, apice nigris; thorax omninò ferrugineus, posticè pallidior. Fœmina mari simillima: caput omninò ochraceum; antennæ ochraceæ apicem versus fuscescentes; palpi similiter colorati; pedes ochracei, apice femorum, tiliarum tarsorumque nigro; abdomen ochraceum, apice obscuro.

Expans. alar. ♂ ♀, lin. 16-16 $\frac{1}{2}$.

Habitat in Novâ-Hollandiâ; in mus. nostr.

Olim. Haworthii.

Obs. In specimine nostro ♀ *M. Disparis* West. Caput ochraceum, maculis duobus parvis inter oculis nigris notatum est, palpi et nasus nigricantes, et cellula prima submarginalis (sub stigmate) nervo obliquo dividitur.

Obs. 2. Descriptiones *Megistocerae*, e sexu masculino de-

promptæ, In specie suprâ descriptâ et in *M. Dispare* antennæ ♀ sunt capite breviores et 15-articulatæ, articulo primo majori, secundo parvo, 6 proximis magnis, subnodosis, sensim minoribus reliquis, 5 gracilibus filiformibus. Anstructura eadem in femineis specierum Wiedennarum?

Limnobia Westw. fam *Tipulidæ* Limnobiæ affinis.

Corpus elongatum, gracile; caput parvum, oculis magnis; proboscide gracili; cylindricâ, porrectâ, fere longitudine corporis; palpis haud conspicuis; antennæ breves, graciles, ad basin proboscidis insertæ; thorace multo breviores, ♂ 14-articulatæ, articulis 2 dorsalibus majoribus, reliquis æqualibus oblongo-ovatis; ♀ 12 vel 13 articulatæ, brevissimæ, articulis 2 vel 3 basalibus incrassatis, reliquis 10, sensim ad apicem attenuatis; articulis 2 terminalibus setis 6 longissimis penicellum efformantibus, instructis. Prothorace in collum gracilem productus. Alæ iridescentes, haud pilosæ, nervis in alis masculinis fere ut in *Limnobiâ Xanthopterâ* Meigenii (Schilling, Beitr. dipt. T. 2, f. 1) dispositis in fœminis, cellulis marginalibus cum submarginali omninò coalitis (nervâ longitudinali illas in ♂ dividente omninò obliterated); in ♂ etiam nubilâ stigmatalis exstat, locum nervi transversi rudimentalis indicante.

Obs. Ex omnibus Tipulideis, adhuc cognitis, differt proboscide longissimâ, indè affinitatem cum Culideis possidere videtur.

Sp. 1. *Limn. Brasiliensis* Westw. Pallidè luteo-fuscescens; thorace fusco trivittato, postscutello cinerescenti; oculis, antennis et proboscide nigris; segmentis abdominalibus ad apicem in ♀ fuscis; pedibus fuscis; tiliarum apice

nigro; alis iridescentibus nervis, costalibus fulvescentibus.

Long. corp. (proboscide exceptâ) ♂, lin. 3. ; ♀, lin., 5 $\frac{1}{2}$.

Exp. alar., lin. 6 $\frac{1}{2}$ 7.

Habitat apud Bahiam Brasiliæ; in mus. nostro.

Sp. 2. *Limn. Canadensis*. Præcedenti valdè affinis differt thorace, proboscide, tibiaram apice halleribusque concoloribus, femorum apice infuscato, nervis costalibus fuscescentibus. :

Long. corp. ♂, lin. $\frac{3}{4}$. Exp. alar., lin. 7.

Habitat in Canad; in mus. nostro.

DE GENERE *Damale* FABRICII.

Hoc genus, nimis neglectum, ut à celeb. conditore suo constitutum, species valdè, inter se, discrepantes, complectitur; viz. species prima typicalis, (characteres oris præbens) *D. Curvipes* (Amer. merid.) à cel. Wiedemanni cum *Hybotidis* conjungitur. *D. 4-Cinctus* Fab. (Amer. merid.) femora postica elongata possidet, et cum *D. Capensi* Wied. (vol. I, n° 1, t. b, e Cap. B. S.) affinitatem habere videtur nervatione alarum, ut in nostrâ *Chalcidimorphâ*. Hæ duæ species pro genere *Damale* strictè forsitan retineantur.

Ala *Damalis* a cel. Macquartis (Hist. nat. Dipt., n° 7, fig. 11) depicta, omninò diversa, et pro typo generis distincti haberi necesse est, quamvis auctore laudato *D. Myops* et *Planiceps* tantum commemorantur.

Species reliquæ subgenus proprium constituunt; viz.

Chalcidimorpha Westw. Caput brevissimum, latum; oculis maximis elevatis; antennæ breves, articulo primo parvo,

cylindrico, secundo paullo majori cyathyformi, tertio longiori, conico apice longè setigero; proboscis capitis longitudine, perpendicularis; palpi brevissimi, setigeri; thorax elevatus, anticè in collum attenuatus; abdomen crassum, læve; femora secunda postica incrassata, subtus serie displici denticulorum, coxis et trochanteribus magnis; tibiis arcuatis; alarum nervi ut in generibus *Dioc-triâ*, *Ceraturgo*, dispositi.

Species Orientis incol.

Ch. Fulvipes Westw. Thorace nigro, cinereo, vix pubescenti, lateribus cum scutello subalbidis; fronte albidâ; proboscide antennisque nigris; abdomine flavo, immaculato; pedibus fulvis; femoribus apice nigris, posticis 10-denticulatis; alis hyalinis dimidio basali infumato, in medio obscurioribus.

Long. corp., lin. $\frac{4}{3}$, Exp. alar., lin. 9.

Habitat—? in mus. nostr.

Species minor (lin. $\frac{2}{7}$ Wied.) *D. Planiceps* Fab., quamvis præcedenti valdè affinis. Hic etiam referri debent *D. Myops* Fab. et *D. Maculata* Wied.